



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Capvt IX. Qualiter ad praxim deducendum vivæ fidei exercitium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38621

tinuo se ad operationem movet, sicut enim ex animalis operatione vitam tanquam principium colligimus, ita ex virtutum operibus, fidei vivacitas comprobatur.

Verum cum multi iusti, non æque, ac ipsius fecunditati superiori capitulo explicatae par est, fructificatio ideo Tertia superest explicanda fidei differentia, quam *fidem aduam*, vel *practicam* dicere possumus, quodam modo aliori, quam significet fides viva primo loco posita; potest enim quis habens fidem vivam bene operari, etsi non ex motivo lucis fidei, casus fortasse nullo modo recordabitur: verum eum in sancto aliquo exercitio aut bono virtutis opere, nobis ipsis fidei face prælucemus, & ex certitudine, aliisque ejus proprietatibus, ad bene operandum movemur, fidem licet antea charitatis vita formatam, *aduare*, seu *vivificare* dicimus: simili modo, quo sopitum ignem, antea quidem sub cineribus viventem, ijs remotis, adductisque lignis, flatu reluscitamus ac vivificamus, ut sic fides practica aliud nihil sit, quam sui ad bene operandum applicatio a naturali advertentia, & ponderatione veritatis fidei, secundum occasionum diversitatem sese offerentis.

Hinc manifestè apparet differentia fidei nostræ vivæ, seu practicæ, ab ea quam communiter Theologi etiam vivam appellant, quæ in omnibus iustis reperitur, sed non omnes lumine fidei utuntur, quando & applicando illud operibus suis: præterea in multis peccatoribus potest reperiri fides ista aduata; cum nimirum illuminatione fidei in peccati detestatione, & ad summum bonum conversione, ad impetrandam justificationis gratiam, utuntur, ut tradit Conc. Trid. sessio 6.

Sic igitur ista fidei praxis, quam tradimus, communis est iustis, & peccatoribus, sed ad veram penitentiam per hanc sese præparantibus, qui licet vitæ gratiæ careant, fidem tamen habent excitatam, & si dicere liceat vivificatam; non enim absolute mortua dici potest: fides enim ut ait S. Iacobi sine operibus mortua est. Hæc autem peccatorem ad bene operandum incitat, estque principium, & radix justificationis, ut in sequentibus trademus.

Infalibili ergo hac veritatis regulâ in extruendo ædificio in æternum permanenti sollicitè & diligenter utatur artifex Christianus, & videbit admirabiliter exercecere opus in manibus suis.

CAPVT IX.

Qualiter ad praxim deducendum vivæ fidei exercitium.

GRANO sinapis cõparatam à Christo Salvatore nostro fidem legimus; si habuerit, inquit Matth. 12. fidem sicut granum sinapis, eam ob causam, quod virtus sinapis, & efficacia tam diu frustantur, & abscondita lateat, usque dum molatur, & conteratur, ac dum demum vim suam ac miram acrimoniam exerat; vis experiri virtutem verbi Dei admirabilem sanè, & salutarem, cominue illud, & diligenter considerationis mola conterere, dentibus malicia, & ipsum te suavissimè ac delicatissimè enutriet.

Efficaciam verbi DEI ad hominem in omne opus bonum irapellendum agnovit etiam Apostolus, dum inquit: *Vivus est enim sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio accipiti, & pertinens usque ad divisionem animæ & spiritus, compa-*

rum quoque & medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis. Præmisit sanctus Apostolus, *vivus est Dei sermo*, ac deinde subiungit, & *efficax*, quia ex vita profluit efficacia, neque efficax erit sermo Dei, nisi fuerit vivus; vivus autem non in charta, aut atramento librorum sacrorum, aut habituali Christianorum sapientia, sed in vitali sanctæ considerationis motu.

Sic autem vivificatum, ad compellendam etiã quantumlibet rebellem voluntatem esse efficacissimum, & supra omnem persuasionem & considerationem humanam fortissimum, manifestè probatur; nam rationes quascunque voluntati proponit intellectus, omnes in solida veritatis ponderatione fundantur, qua moveatur & convincatur voluntas ad sequendam, quod intellectus persuadere nititur, quanto igitur major fuerit certitudo veritatis, tanto majori pondere voluntatem ad operandum inclinabit, & quæ proportio lucis ad tenebras, & humanæ incertitudinis ad divinam infallibilitatem; quam laborat intellectus ut quasi ex profundissima abyssu tenebrarum paulatim eruat ratunculam quandam, à principio ad principium, à conclusione ad conclusionem pedetentim elevando: Fides verò planissima incedens via sincerè, simpliciter, ac nudè certissimam & infalibilem veritatem proponit; tanta procul dubio est distantia, inter intellectum rationis lumine, ac ipsum media vivacitate fidei operantem, quanta inter rem mortuam & vivam, naturalem ac supernaturalem, ac denique humanam & divinam.

Prærogativam istam fidei virtus præcipuè ex Dei ordinatione accepit, qua eam proportionavit DEUS, dediditque vim & efficaciam supernaturalem & divinam, ad excitandam & impellendam voluntatem in spem inensæ bonitatis suæ, quam nobis revelat. Hinc fides canalis est præcipuus, per quem derivat Deus fluentia gratiæ & auxiliorum sicutum: Scintilla est modica, sed quæ inflammat & urit voluntatem nostram, à divini numinis beneficijs inflammata: Hinc iustum ex fide vivere Propheeta asseruit, quia ordinariè DEUS divitias, Thesauros, & alimenta gratiæ suæ mediante vivo fidei habitu communicat.

Qui ergo in hac soliditate fundamentum sui spiritualis ædificii collocat, *æsimilabitur viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram, & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat supra petram: Qui verò se in veritate humanorum discursuum fundare nititur, similis erit viro stulto, qui ædificavit super arenam, & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in illam, & cecidit, & fuit ruinâ domus illius magna.*

Ampliori autoritate dignum est, quod ipse D. Salvator noster non argumentationibus naturalibus, sed vivæ fidei exercitio, in auditorum suorum cordib. Evangelium suum plantari voluerit: Apertè id videte licet in historia Evangelica, ubi pleræque Christi Domini responsiones testimonia sunt ex scripturis factis de prompta, quibus interrogantes in viam vivæ fidei dirigeret. Rogabat Scriba Lucæ 10. *Magister quid faciendo vitam æternam possidebo?* at ille dixit in lege quid scriptum est: *quomodo legisti? illi respondens dixit: diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, & ex tota anima tua &c.* Ac denique subiungit, *rectè respondisti: sic hoc & vives.* & alibi scrutamini: inquit, *scripturas, illa loquuntur sunt, quæ testimonium perhibent de me.*

Porro exercitium vivificationis fidei his duobus

IESU

spirit.

Matth. 7.

ibid.

Luc. 10.

&c.

Joan. 5.

Conc. Trid. sess. 6. c. 6.

1. Cor. 13.

Hebr. 4.

VIII.

non autem secundum iustum

in experientia

habent

ergo fructum

est estimatio

est quod non

dicuntur

possunt

solius

lumine

habent

de salubriter

resedentes

exercere

quia

ne scriptam

modum

faciendi

scire

Dei iudicio

admiratio

am cecitatem

differentia

objecto ad iudicium

logicam, dicitur

artus ut docent

dei, ceterum

iformis & mor

catum mortale

atoribus; me

fides, sed qua

ola tribuitur

ur, sed sicut

s mortuus ap

ur, aut in

ernam, cod

imus

bus potissimum punctis in praxim deduci poterit. Primum, quandocunque se offert aliquod opus virtutis arduum, aut alia quacunq; occasione occurrente consideremus, quid circa hoc fides dicat, idque tanta certitudinis vivacitate, imo & majori, quam si oculis corporeis cerneremus, atque exinde, quod alterum punctum est, moveamur ad operandum, unde de ista fide S. Cyril. Hierosol. qui meretur fide illum invari ante hujus mundi consummationem, iudicium jam videt, & promissionum retributionem. rem exemplis declarabimus,

Cyrril Hierosol. catech. 5.

CAPVT X.

Exempla vivae fidei.

Præcipit superior subdito, ac iungit, rem aliquam. Præcis vivæ fidei erit statim isti particulari actui obedientia: applicate regulam Fidei considerando, quid circa hoc dicat, nimirum prælatum esse vicarium Christi Domini dicentis Lucæ 10. qui vos audis me audis: atque ex illa luce superiorem, non ut hominem, sed ut DEUM, fidei oculis intuebitur, eique quasi Deo obediet.

Luc. 10.

Ita faciebat S. Pater Xaverius societatis IESU, qui literas prælato, in quo Christum Dominum cogitabat, destinandas flexis genibus exarare solitus erat. S. Gregorius ista fidei vivacitate recipi vult peregrinum: a d. mensas vestras Christum suscipite, ut vos ab eo suscipi ad convivium aeterna valeatis: præbete modo peregrino hospitium, ut vos in iudicio non quasi peregrinos nesciat, sed ut proprios recipiat ad regnum. Dixit enim Hostes eram, & collegistis me, unde & ipse S. Gregorius Dominum in peregrini habitu suscipere meruit.

S. Greg. hom. 23. in Evāg. Matt. 26.

Resignatur Fidei occurrentes, ita actualiter considerate ac certo apprehendere debemus, quasi eas oculis corporeis ante nos cerneremus; neque hoc novum est inventum, S. Paulus Moysem laudans: Invisibilem enim (inquit) tanquam videns sustinuit: & alibi servos, in dominis carnalibus Christum Dominum intueri docet. Servi obedite dominis cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo. non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes: sed ut servi Christi factentes voluntatem Dei ex animo. Atque istud est, quod laudans

Ad Heb. 11.

Ad Ephes. 6.

Gen. 17.

Gen. 24.

4. Reg. 17.

4. Reg. 20.

1. Ion. 4.

scriptura sacra veteris testamenti iustos, eos coram Deo ambulasse dicit: Unde Deus ad Abraham: Ambula coram me & isto perfectus: & Abraham ad servum suum: Dominus ait, in cuius conspectu ambulo. Stabat S. P. N. ELIAS in conspectu multorum hominum, sed clariori fidei oculo DEUM sibi præsentem attentè contemplans dicebat: Vivit Dominus DEVS Israël, in cuius conspectu sto. Virorum & Regum sanctorum, ut Davidis, Ezechias hoc reperimus in signo, quod coram Deo ambulaverunt; ipse etiam Ezechias, Dominum orans inquit: Obsecro Domine, memento quæ ego, quomodo ambulaverim coram te in veritate, Quid est aliud ambulare coram Deo in veritate, nisi in fide, quæ veritas est, apertis fidei oculis exquirere viam mandatorum Dei, ad sanctissimam ejus voluntatem exequendam, & omne quod Dei lex reprobatur, divitias honores, delicias pariter abominari; prout coram Deo ambulaverunt Sancti, de quibus Christus Dominus Samaritanæ dicebat: Sed venit hora, & nunc est quando verè adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. Deum nequam templi Hierosolimitani angustijs circumscriptum, sed ubique præsentem aspicient. Conversioni quoque Sanctorum ordinariè repe-

rimus dedisse principium, fidei vivæ impulsam. S. Antonius, recte S. Athanasio, in ejus vita, templum ingressus, illa Evangelij verba: Si vis perfectus esse vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus: tanquam sibi à Christo D. dicta suscepit, & continuo perfecit, fugitque in desertum. Scribit quoque S. Bogav. Sanctum Patriarcham Francisicum ex auditu Christi D. Evangelio: Nolite possidere aurum neque argentum, neque pecuniam in zona vestra: non peram in via, neque pecuniam neque calceamenta, neque virgam, statim instituit sui, & regulam rationem arripuisse.

Math. 19. Luc. 12. Matt. 23.

Idem ferè de sancto P. N. Hilarione refert S. Hieron. in ejus vitæ Imo, si accuratius examinemus Sanctior. vitas, de hac vivacitate fidei dicere possumus, Hac est, quæ monachis claustra replet, ut olim deserta anachoretis: Hæc est quæ puritatis martyrum cohortibus, & candidato confessorum, virginumque agmine ruinas restituit angelicar. virgineque repetri exitum alcuus peccatoris conversionem, aut vitium sæculi repudium sine vivæ fidei impulsu, & virtute.

Virgines invitant dulcia Evangelij verba Math. 5. Beati mundo corde, quoniam isti Deum videbunt: Religiosi, qui non renuntiarunt omnibus quæ possident, non possit meus esse discipulus, & si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus; & habebis thesaurum in celo: Altorum timor inferni intrare compellit, & ingrediuntur per portam fidei, alios attrahit atentorum bonorum promissio, & reportare cupiunt finem fidei suæ, salutem animarum.

Luc. 19. Matt. 19.

Herocis præterea, & admirabilibus Sanctorum factis, aliisque prærogativis fidem vivam nobilitavit Apostolus Epistola ad Hebræos toto capite ad ultimum undecimo post multa, ita subiungit: desicet me tempus enarrantem Gedeon Barac. &c. qui per silem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, aliaque ibidem adjuncta egregia virtutum opera.

Ista fidei vivacitate ornatus erat S. Spiridon Episcopus, de quo scriptis traditum est, quod in Concilio Niceno 308. Episcoporum Philosophum quandam, quem nullus antea redargute potuerat, ipse simplex, & illiteratus viva fide convicerit: ita historiam hanc profecquitur Concilium Nicenum. Quidam ex confessoribus, simplicissime nature vir, & nihil aliud sciens nisi JESUM Christum, & hunc crucifixum, inter ceteros adorans Episcopus aderat: qui eum vidisset Philosophum insultantem nostris, & callidè se disputationis arte jactantem, poscit ab omnibus locum, vult se paucis cum philosopho sermocinari: tum vero nostris, qui simplicitatem viri, & imperitiam de sermone duntaxat noscunt, pavere, & velut pudorem quandam pati, se forte apud callidos homines risui essetetur sanctæ simplicitatis: persistit tamen senior, & hinc motu sermone exordium, tu nomine, inquit, JESU Christi philosophie audi, quæ vera sunt. DEUS unus est, qui fecit Cælum & terram, quique homini, quem de limo terrea formaverat spiritum dedit, universa, quæ videntur & quæ non videntur, virtute verbi sui creavit, & spiritus sui sanctificatione, formavit. Hoc verbum, ac sapientia, quem nos Filium dicimus, humanis miseratus errores ex virgine nascitur, & per passionem mortis, à perpetua morte nos liberavit, ac resurrectione sua aeternam nobis consultit vitam, quem expectamus iudicem omnium, quæ gerimus esse venturum; credis hoc ita esse philosophè? At ille, velut nunquam ullum sermonem contradicendis dedidisset, ita obstupescens, virtute dictorum, mirus ad omnia hoc solum potuit respondere, ita sibi videt, nec aliud

Simi. S. H. Gp. illam censã enim mus, censã dispe. M. cum defici curri ut q. garu rabi luce simi cilij obe con nab atre the cat nu dia mu. b. pt pe di de &

Th...

Oper...